

Gymnasio suo igremino Illustrissimi Regiminis Praesidem Illustrissimum constituerit, qui quasi superior Rector Jura majori effectu tueri potest. Vincula plura fortius ligant, quam unum.

6. Quia Praesidiun Scholasticum in fundata possessione hujus juris est, e qua decedere non cogitur ante Cognitionem causae,

l. i. C. si per vitn.

III secundum l. 1. C. de R. q. V. et b. ex. 1 A

Jurisdictionemque hanc legitimam exercuit voluntariam aequem ac contentiosam, in transgressores legum juxta l. 9. Capitis II. Portionem ratam in distributione stipendii illis defalcando, Collegas contumaces et refractarios arresto constringendo, immorigeros Scholares excludendo, juxta L. III. Cap. XVI. Facinorosos quoque, eorumque uxores in custodiam publicam mittendo, praesente ac dirigente Illustriss. Regimine, etiam nota infamiae e Ducatu ac urbe ejiciendo. *Cujus rei exempla prostant.*

7. Quia superioris seculi prioribus annis Gymnasiū ejusdem jurisdictionis et potestatis ac autoritatis fuit, ac quidem Consistorium Ducale: quod illi prolixe probarunt; qui

Zachm. Jur. Litt.

{

ex